



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Intellectionem in Angelo non esse eius essentiam verior sententia docet.
c. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

terea. Si intelligere Angeli esset sua substantia oporteret, quod intelligere Angeli esset subsistens. Intelligere autem subsistens non potest esse nisi vnum, sicut nec aliquid abstractum subsistens. Vnde vnus Angeli substantia non distinguere- tur, neque à substantia Dei, quæ est ipsum intelligere subsistens, neque à substantia alterius Angeli. Si etiam Angelus ipse esset suum intelligere, non possent esse gradus in intelligendo perfectius & minus perfecte, cum hoc contingat propter diuersam participationem ipsius intelli- gere.

Ad primum ergo dicendum, quod cum dicitur, quod intellectus agens est sua actio, est prædicatio non per essentiam, sed per concomitantiam: quia cum sit in actu eius substantia, statim quantum est in se, concomitatur ipsam actio. Quod non est de intellectu possibili, qui non habet actiones, nisi postquam fuerit fa- ctus in actu.

Ad secundum dicendum, quod vita non hoc modo se habet ad viuere, sicut essentia ad esse, sed sicut cursus ad curre- re, quorum vnum significat actum in ab- stracto, aliud in concreto. Vnde nõ sequi- tur, si viuere sit esse, quod vita sit essentia. Quamuis etiam quandoque vita pro es- sentia ponatur: secundum quod August. dicit in libr. de Trin. quod memoria, & intelligentia, & voluntas sunt vna essen- tia, vna vita: sed sic non accipitur à Phi- losopho, cum dicit, quod actio intellectus est vita.

Ad tertium dicendum, quod actio, quæ transit in aliquid extrinsecum, est media inter agens, & subiectum recipiens actio- nem. Sed actio quæ manet in agente, non est realiter medium inter agens & obie- ctum, sed secundum modum significandi tantum. Realiter vero consequitur vni- onem obiecti cum agente. Ex hoc enim quod intellectum sit vnum cum intelli- gente, consequitur intelligere, quasi qui- dam effectus differens ab utroque.

CONCLVSIO est, Intelligere Angeli non est illius substantia, circa quam brevis erit cum Aristo- tele & Durando controuersia.

DISPVT. GXCVIII.

An intellectio in Angelo sit sua substantia.

Sententia Aristot. & Durandi, c. 1.

Intellectionem in Angelo non esse eius essentiam verior sententia docet, c. 2.

ARTIC. II.

CAPVT I.

Sententia Aristot. & Durandi.

Facilis sane cum Aristot. & Durando de hæc controuersia est, quam paucis quoque expe- diemus. Aristot. igitur 12. metaph. 4. 7. cum docuit, Deum esse vnam substantiam immortalem, & perpetuam, semper intelligentem, cuius essentia sit intelligere; idem quoque de aliis substantiis separatis c. 9. affirmare videtur. Ostendit autem primum, intellectionem harum substantiarum non mutari, quia alioqui in intelligendo muta- rentur: Deinde earum substantiam esse eam in- telligere, si probat quia, si esset aliquid acciden- tis, non essent nobilissima substantia, vipe inope- nit. Hanc sententiam eo loco amplectitur Com- mentator Alexand. Aphrodis. & Philopon. Et Scito- lasticis vero nostris solus Durand. in 2. disp. 3. q. 6. ad primum aliter cognitionem, qua Angelus seip- sum cognoscit, esse suam substantiam: et enim in hæc verba, Quamuis intelligere sit actus potentie intellectiue Angeli, reuocatur ab ipsa differens, quando intelli- git rem aliam a se: tamen esse non est actus essentie reuocatur ab ipsa differens. Vbi, cum concedat intellectionem realiter distingui à potentia intelligente, quando Angelus intelligit alia præter se, id non videtur concedere de intellectu, quia seipsum cognos- cit: cumque dicat potentiam intelligentem esse idem cum essentia, videtur plane existimare, in- telligere non distingui ab essentia & substantia Angeli, quando seipsum intelligit.

CAPVT II.

Intellectionem in Angelo non esse eius essentiam, verior sententia docet.

Communis sententia Scholasticorum ample- ctenda est in secundum dist. 3. quos inferius singularem referemus, qui asserunt cum S. Thome in hæc art. intellectionem in Angelo, qua seipsum vel alia intelligit, non esse eius essentiam: & sub- stantiam, sed accidens quoddam ei adiectum. Colligitur autem ex Leone 1. in epist. 9. 1. c. 1. ubi ita loquitur, Sicut solus Dei proprium est veritatem esse, sic etiam nemo hominum veritas, nemo sapientia, nemo iustitia est, sed multi participes sunt veritatis, & sapientia, atque iustitia: solus autem Deus nullam parti- cipationis est indigens. Id vero, quod de hominibus definit Leo, de quauis creatura, etiam spirituali intelligit, cum dicat solius Dei proprium esse in- creatum esse, sapientiam esse, &c. Dum quoque cap. 11. de cal. hierar. inquit Omnes mentes coelestes diuidi in essentiam, virtutem, & actionem: que tria etiam distinguit Anselm. c. 8. de casu diabol. Ad hæc constat ex scriptura Angelis post creationem cursu temporis multa fuisse reuelata: horum igitur cognitio non est eorum substantia, nam cum ipsis semper elset.

Hæc omnia recte probant sententiam Aristot. non solum falsam, verum etiam nota erroris di- gnæ esse: cumque non sit maior ratio de intelli- ctione aliarum rerum, quam sui ipsius in Angelo, cum & patres allegati ab ijs, vlla distinctione vni- uersum de intellectione loquantur, opinio etiam Durandi absurda erit: contra quam disp. 3. q. 2. in 2. dist. 7. q. 2. & in 2. dist. 3. q. 2. art. 1. c. 1. & Mar- tinus in 2. q. 7. art. 1. secunda parte, conclus. 2.

Lib. 10. de Trin. c. 11. ante mediu. 10. 3. Et 9. de Trin. c. 4.

QVÆST. LIV.

Rationes vero Aristot. friuolæ sunt, & inanes. Prior namque non recte probat Angelum fatigandum, si semper intelligeret: nam si homines contemplatione fatigantur, non ideo est, quia intellectu, & anima multum operentur, sed quia ad contemplationem ministerio corporei instrumenti adiuvantur: corpus autem resolutione nimia spirituum vitalium fatigatur. Posterior etiam ratio nihil probat: nam licet Angeli substantia perficiatur cognitione sui, non sequitur eam cognitionem esse perfectiorem substantia ipsa, sed substantiam Angeli cum illa operatione perfectiori modo se habere, sicut quavis substantia suis accidentibus perfectior est, quam ipsa sola. Mitto multa, quæ Caetan. hic consumit in explicandis rationibus S. Thom. in quibus immorari opus non est.

ARTICVLVS II.

Utrum intelligere Angeli sit eius esse.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod intelligere Angeli sit eius esse. Viuere enim viuentibus est esse, ut dicitur in secundo de anima. Sed intelligere est quoddam viuere, ut in eodem dicitur. Ergo intelligere Angeli est eius esse.

2. Præterea. Sicut se habet causa ad causam, ita effectus ad effectum. Sed forma, per quam angelus est, est eadem cum forma, per quam intelligit, ad minus se ipsum. Ergo eius intelligere est idem cui suo esse.

Sed contra, intelligere Angeli est motus eius, ut patet per Dionysium 4. c. de diuin. nomin. Sed esse non est motus. Ergo esse Angeli non est intelligere eius.

Respondeo dicendum, quod actio Angeli non est eius esse, neque actio alicuius creaturæ. Duplex enim est actionis genus, ut dicitur 9. Metaphysicorum. Vna scilicet, quæ transit in aliquid exterius inferens ei passionem, sicut vrere, & secare. Alia vero actio est, quæ non transit in rem. exteriorem, sed magis manet in seipso agente: sicut sentire, intelligere & velle. Per huiusmodi enim actionem non immutatur aliquid extrinsecum, sed totum in ipso agente agitur. De prima ergo actione manifestum est, quod non potest esse ipsum esse agentis. Nam esse agentis significatur intra ipsum: actio autem talis est effluxus in passum ab agente. Secunda autem actio de sui ratione habet infinitatem vel simpliciter, vel secundum quid. Simpliciter quidem sicut intelligere, cuius obiectum est verum: & velle, cuius obiectum est bonum. Quorum utrumque conuertitur cum ente. Et ita intelligere & velle, quantum est de se, habent se ad omnia, & utrumque recipit speciem

Vasquez in 1. p. tom. 2.

ARTIC. II.

485

ab obiecto. Secundum quid autem infinitum est sentire, quod se habet ad omnia sensibilia, sicut visus ad omnia visibilia. Esse autem cuiuslibet creaturæ est determinatum ad vnum secundum genus & speciem. Esse autem solius Dei, est simpliciter infinitum, in se omnia comprehendens, ut dicit Dionysius 4. cap. de diuin. nomin. Vnde solum esse diuinum est suum intelligere, & suum velle.

ca. 4. par. 5. parum ante medium.

Ad primum ergo dicendum, quod viuere quandoque sumitur pro ipso esse viuents, quandoque vero pro operatione vitæ, id est, per quam demonstratur aliquid esse viuens. Et hoc modo Philosophus dicit, quod intelligere est viuere quoddam. Ibi enim distinguit diuersos gradus viuentium secundum diuersa opera vitæ.

Ad secundum dicendum, quod ipsa essentia Angeli est ratio totius sui esse, non autem est ratio totius sui intelligere: quia non anima intelligere potest per suam essentiam. Et ideo secundum propriam rationem, in quantum est talis essentia, comparatur ad ipsum esse Angeli. Sed ad eius intelligere comparatur secundum rationem vniuersalioris obiecti, scilicet veri, vel entis. Et sic patet, quod licet sit eadem forma, non tamen secundum eandem rationem est principium essendi & intelligendi. Et propter hoc non sequitur, quod in Angelo sit idem esse, & intelligere.

CONCLUSIO negat. Multa hic Caetan. consumit, ut explicet mentem, & rationem Doctoris S. quibus super sedere operæ pretium iudicauit. Nam ex doctrina prædictæ art. facile constat, intelligere Angeli, & eius esse differre, eo præsertim, quod esse Angeli à substantia, & essentia illius non distinguuntur ex natura rei, ut in 3. partem S. Thom. qu. 17. artic. 2. dicimus: cum enim iam probatum sit, intelligere Angeli non esse substantiam eius, sequitur etiam ab esse illius differre.

ARTIC. III.

Utrum potentia intellectiua Angeli sit eius essentia.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod virtus, vel potentia intellectiua in Angelo non sit aliud, quam sua essentia. Mens enim & intellectus nominant potentiam intellectiuam. Sed Dionysius in pluribus locis suorum librorum nominat ipsos angelos intellectus & mentes. Ergo angelus est sua potentia intellectiua.

277. 1. q. 77. art. 1. cor. & q. 79. art. 2.

2. Præterea. Si potentia intellectiua in Angelo est aliquid præter eius essentiam, oportet, quod sit accidens. Hoc enim dicimus esse accidens alicuius quod est

Si 3 præter

Ca. 7. & 9. de diuin. nomin. & c. 2. cales. Hier.

præter eius essentiam. Sed forma simplex subiectum esse non potest, ut Boëthius dicit in lib. de Trinit. Ergo angelus non esset forma simplex: quod est contra præmissa.

3. Præterea. August. dicit 12. Confess. quod Deus fecit Angelicam naturam, prope se, materiam autem primam prope nihil. Ex quo videtur, quod angelus sit simplicior, quam materia prima, ut pote Deo propinquior. Sed materia prima est sua potentia. Ergo multo magis angelus est sua potentia intellectiva.

Sed contra est, quod Dionysius dicit 2. capite Angelicæ hierarch. quod angeli diuiduntur in substantiam, virtutem & operationem. Ergo aliud est in eis substantia, & aliud virtus, & aliud operatio.

Respondeo dicendum, quod nec in angelo, nec in aliqua creatura virtus vel potentia operatiua est idem, quod sua essentia. Quod sic patet. Cum enim potentia dicatur ad actum, oportet, quod secundum diuersitatem actuum sit diuersitas potentialium. Propter quod dicitur, quod proprius actus respondet propriæ potentie. In omni autem creato essentia differt à suo esse, & comparatur ad ipsum, sicut potentia ad actum, ut ex supradictis patet. Actus autem, ad quem comparatur potentia operatiua, est operatio. In angelo autem non est idem intelligere & esse, nec aliqua alia operatio, aut in ipso aut in quocunque alio creato, est idem quod eius esse. Vnde de essentia angeli non est eius potentia intellectiva, nec alicuius creati essentia est eius operatiua potentia.

Ad primum ergo dicendum, quod angelus dicitur intellectus & mens: quia tota eius cognitio est intellectualis. Cognitio autem animæ partim est intellectualis, & partim sensitiva.

Ad secundum dicendum, quod forma simplex, quæ est actus purus, nullius accidentis potest esse subiectum, quia subiectum comparatur ad accidens, ut potentia ad actum. Et huiusmodi est solus Deus. Et de tali forma loquitur ibi Boëthius. Forma autem simplex, quæ non est suum esse, sed comparatur ad ipsum ut potentia ad actum, potest esse subiectum accidentis: & præcipue eius, quod consequitur speciem. Huiusmodi autem accidens pertinet ad formam: accidens vero, quod est indiuidui non consequens totam speciem, consequitur materiam, quæ est indiuiduationis principium. Et talis forma simplex est angelus.

ARTIC. III.

Ad tertium dicendum, quod potentia materiæ est ad ipsum esse substantiale, & non potentia operatiua, sed ad esse accidentale. Vnde non est simile.

Notationes circa doctrinam articuli.

CONCLUSIO est, in angelo, & in omni creato potentia non est idem cum essentia ipsius: intelligitur autem S. Thom. non esse idem ex natura rei, sed in virtutem esse formam accidentariam additam substantiæ. Cum S. Tho. conueniunt in dictis, & Alex. 2. part. qu. 11. memb. 1. Consonat autem hæc sententia doctrinæ Dionysij, qui, ut prædict. disp. c. 1. citauimus, tria assignat angelo, essentiam, virtutem, & operationem, quæ cum eodem modo ab ipso enumerentur, eodem modo distinguuntur. Accedit Anselm. cap. 8. de causa dei, ubi dicitur, quod voluntatem ad bonum, vel ad malum esse essentiam quandam, non tamen substantiam: ergo cesset esse accidens diuiduum à substantia: nomine autem voluntatis non intelligitur actum, sed facultatem ipsam: distinguuntur enim voluntatem à conuersione illius, conuersione vero est operatio: & lib. de conceptu virginis cap. 4. hæc tria distinguit, sicut Dionys. essentiam, virtutem, & operationem, inquit enim: Aliud est in illa anima, per quam ipsa anima vult aliud, quæ voluntas, voluntas vultendi dici potest, sicut visus instrumentum videndi, quam voluntatem nominauimus: & aliud est in illa, quam habendo, in illa voluntas, & quæ voluntas, in illa voluntas. De intellectu idem omnino dicendum est, & quamuis inter Scholasticos differat, ut sit, an potentia ab essentia ei distinguatur, omnes tamen eodem modo philosophantur de potentiis: & facultatibus angeli respectu ipsius, & de facultatibus animæ comparatis cum ipsa. Ex quo Durandum in secund. dist. 3. quæst. 7. qui, cum dicat facultates animæ ab ipsa realiter distinguuntur facultatibus angeli affirmat, nulla ratione eadem distinctionem posse probari: videbatur enim ipsi quædam peculiaris ratio suppetere pro facultatibus animæ, quæ in angelo locum non habet, in hunc modum. Substantia animæ est actus corporis: intellectus autem, & volentes non sunt actus corporis, ergo ex natura rei distinguuntur ab anima: quæ sane ratio de angelo fieri non potest. Hæc tamen ratio parum habet momenti, ut probet distinctionem intellectus à substantia animæ ex natura rei: nam qui diceret intellectum ab anima sola ratione distinguuntur, quod assereret intellectum secundum rem esse actum corporis, non quia esset forma accidentaria corporis, sed quia esset idem cum substantia animæ, quæ est substantialis actus, & forma corporis. Facet quidem, ratione philosophica non tam facile posse probari distinctionem ex natura rei inter essentiam animæ, seu angeli, & facultatem intellectus, aut voluntatis. Hic tamen non est de hæc differendum.

Ante med.
lib. de Trin.
2. 50. ar. 1.
C. 2.
Li. 12. con-
fess. c. 7. in
fine, tem. 1.

Art. 1. c.
2. præc.
2. 3. ar. 4.

Art. 1. c.
2. præc.
2. 3. ar. 4.

DISPUT. CXCIX.

ARTICVLVS IV.

Verum in Angelo sit intellectus agens & possibilis.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod in Angelo sit intellectus agens, & possibilis. Dicit enim Philosophus in 3. de Anima: quod, sicut in omni natura est aliquid, quo est omnia fieri, & aliquid quo est omnia facere, ita etiam in anima. Sed Angelus est natura quaedam. Ergo in eo est intellectus agens, & possibilis.

2. Præterea. Recipere est proprium intellectus possibilis: illuminare autem est proprium intellectus agentis: ut patet in 3. de Anima. Sed Angelus recipit illuminationem à superiori, & illuminat inferioriorem. Ergo in eo est intellectus agens & possibilis.

Sed contra est, quod in nobis intellectus agens & possibilis est per comparationem ad phantasmatum. Quæ quidem comparantur ad intellectum possibilem, ut colores ad visum, ad intellectum autem agentem ut colores ad lumen, ut patet ex 3. de Anima. Sed hoc non est in Angelo. Ergo in Angelo non est intellectus agens, & possibilis.

Respondetur dicendum, quod necessitas ponendi intellectum possibilem in nobis fuit propter hoc, quod nos inuenimur quandoque intelligentes in potentia, & non in actu. Unde oportet esse quādam virtutem, quæ sit in potentia ad intelligibilia ante ipsum intelligere, sed reducit in actum eorum, cum sit sciens, & ulterius cum sit considerans. Et hæc virtus vocatur intellectus possibilis. Necessitas autem ponendi intellectum agentem fuit, quia natura rerum materialium, quas nos intelligimus, non subsistunt extra animam immateriales & intelligibiles in actu, sed sunt solum intelligibiles in potentia extra animam existentes. Et ideo oportuit esse aliquam virtutem, quæ faceret illas naturas intelligibiles actu. Et hæc virtus dicitur intellectus agens in nobis. Veraque autem necessitas deest in Angelis: quia neque sunt quandoque intelligentes in potentia tantum respectu eorum, quæ naturaliter intelligunt: neque intelligibilia eorum sunt intelligibilia in potentia, sed in actu. Intelligunt enim primo, & principaliter res immateriales, ut infra patebit. Et ideo non potest in eis esse intellectus agens & possibilis, nisi æquiuoce.

Ad primum ergo dicendum, quod Philosophus intelligit illa duo esse in omni natura, in qua contingit esse, generari vel fieri, ut ipsa verba demon-

CAP. I.

487

strant. In Angelo autem non generatur scientia, sed naturaliter adest. Unde non oportet ponere in eis agens & possibile.

Ad secundum dicendum, quod intellectus agentis est illuminare: non quidem aliam intelligentem, sed intelligibilia in potentia in quantum per abstractionem facit ea intelligibilia actu. Ad intellectum autem possibilem pertinet esse in potentia respectu naturalium cognoscibilium, & quandoque fieri actu. Unde quod Angelus illuminat Angelum, non pertinet ad rationem intellectus agentis. Neque ad rationem intellectus possibilis pertinet, quod illuminatur de supernaturalibus mysterijs, ad quæ cognoscenda quandoque est in potentia. Si quis autem velit hæc vocare intellectum agentem & possibilem, æquiuoce dicit, nec de nominibus est curandum.

CONCLUSIO est, In Angelis non est intellectus agens, neque possibilis: quæ sequitur. *disput. breuiter examinanda est.*

DISPUT. CXCIX.

An sit in Angelis intellectus agens, & possibilis.

*Varia opiniones, cap. 1.**Vera sententia, cap. 2.*

CAPUT I.

Varia opiniones.

Tamet si nonnulli Scholastici intellectum agentem in Angelo concedant: variant tamen in ratione assignanda; ob quam dicunt ei conuenire. Consentunt in hæc opinionem Albertus libr. 4. de coelestibus 1. parte q. 5. art. 1. & 12. & secundum. Albertus da parte summa tractatu 4. q. 14. membr. 3. art. 2. parte 1. Scotus ad 1. Scotus in d. 39. q. 1. Contra existem, Bassolis q. 4. art. 2. Ricard. art. 6. q. 2. ad 1. mo Alexand. 2. part. q. 22. membr. 2.

Primum autem Scotus probat simpliciter hæc facultatem concedendam esse Angelo, his rationibus: primo hæc facultas nihil habet imperfectionis ergo non est Angelo de neganda. Secundo, in Angelo est intellectus possibilis, ergo & agens: hi enim mutuo referuntur. Tercio, etiam si Angelus ab initio creatus fuerit cum omnibus rerum speciebus, nihilominus habere debet intellectum agentem: nam & Christus cognitionem habuit omnium rerum, à principio suæ conceptionis, & tamen intellectu agentis non caruit: satis enim est, suapte natura posse Angelum species à rebus accipere, ut hæc potentia suapte natura ei conueniat. Hæc etiam de causa Ricardus eam Angelo concedit, & concedere coguntur, quotquot alserunt, Angelum species à rebus accipere.

Alij vero multis de causis frivolis quidem, & nullius momenti, dicunt, intellectum agentem in Angelo inesse, quas consulto prætermitto: solum addere libet opiniones Alexand. & Alberti: Alexander censet intellectum agentem in Angelis esse, non